



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Judæi non fuerunt in Ægypto ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

242 De CALCEIS HEBRAOR.

anno quadraginta deteri.

lib. I.
cap. I.

VI. Hæc conjectura viri summi mihi pariter non probatur. *A'vum-dhōiau*, qualis olim obtinuit apud plerasque nationes, apud Hebræos veteres non in usu fuisse, superius ostendimus, & Judæos non nisi ob religionem, aut certum aliquem ritum fuisse calceatos, cum alias semper calceati forent, monuimus. Judæos in Ægypto, fervida licet plaga, in qua oppressi fuerunt Ægyptiorum tyrannide, excalceatos fuisse, ut necesse fuerit vel religione ad calceorum curam eos adigere, cum iter asperum & senticosum essent aggressuri, non facile credimus. De calceis enim lex divina loquitur, non quos sibi ad festum tam solemne compararent, quia servitute pressi, & in plaga fervida viventes, calceis carebant, sed quos habebant. Certe haudquaquam Deus de calceis, quos non habebant ipsis prospexit, sed ut calceos, quos habebant, induerent, præcepit. Quis etiam credat calceorum curam adeo negligisse veteres Hebræos, aut tam dira fuisse servitute pressos, ut etiam calceis